Quelle: https://manuscripta.at/?ID=851
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



sibi sole cū adolescente stolto q̄ sinit gerere peccata. Infinitus
nulus est populi cūm q̄ fuerint ante eū et qui postea fuerint
in nouissimo non letabuntur eo. Sed et hoc uanitas et afflictio spiritus.
Custodi pedem tuū ingrediens domū dei et appropinquare
ut audias. multo enim melior est obedientia quam stultorum uic
tima. q̄ nesciūt q̄ faciant mali.

V

Ne festinet cor tuum loqui in conspectu dei quia deus in celo et tu super terram
ideo sint pauci sermones tui. Multas curas sequitur
somnia et in multis sermonibus inuenietur stultitia. Si quid uouisti
deo ne moreris reddere displicet enim infidelis et stulta promissio. Si quid uouis redde. multoque melius est non
uouere quam post uotum promissa non reddere. Ne dedis os
tuum ut peccare facias carnem tuam. neque dicas coram angelo non est prouidentia neque curat deus super sermones tuos.
dissipet cuncta opera manuum tuarum. Vbi multi sunt somnia plurime uanitates et sermones innumeri. tu autem dominum time.
Quod si calumpnias egenorum et uiolenta iudicia et subuertisti iustitiam in prouincia. ne mireris super hoc negotio quia excelsior alio et super hos quibus eminentiores sunt alii et super omnes rex qui per fluenta aurum
fieri precepit. quia mater diuitias fructum non capiet exercis. Hoc quoque uanitas. Vbi multe sunt opes et multi
qui comedunt eas. Et quid prodest possessori nisi quod diuitias oculis suis. Dulcis est somnus operanti siue parum siue multum comedat. satietas autem diuitum non sinit eum dormire. Est et alia infirmitas pessima quam uidi sub sole. Diuitie seruate in malum domini sui. Pereunt enim afflictione pessima. Cum genuerit filium. qui nihil egestatem
erit. Sicut egressus est de utero matris sue sic redibit et
nihil auferet secum de labore suo. Miserabilis prorsus et
infirmitas. quam uenit sic redibit. Et quid prodest ei qui
laborauit in ventum. Cunctis diebus uite sue comedit in tenebris et curis multis et erumpna atque tristitia. Hoc itaque mihi uisum est bonum ut comedat quis
et bibat et fruatur letitia et labore suo quo laborauit
sub sole. nudo dicit uite sue. quod dedit ei deus. et
pars illius. Et omnis cui dedit deus diuitias atque substantiam
potestatemque ei tribuit ut comedat ex eis et fruatur parte sua et letetur de labore suo. hoc est donum dei. Non enim
satis recordabitur dierum uite sue eo quod deus occupet deliciis cor eius.

VI

Est et aliud malum quod uidi sub sole et quod frequens
apud homines. Vir cui deus dedit diuitias et substantiam
et honorem et nichil deest animae suae ex omnibus quae desiderat nec
tribuit ei potestatem deus ut comedat ex eo. sed homo extraneus uorabit illud. hoc uanitas et magna miseria est.
Si genuerit quis centum filios uiuetque multos annos et plures dies ætatis habuerit et anima illius
non utatur bonis sue sepulturaque carebit. de hoc ego
pronuntio. quod melior illo fiat abortiuus. Frustra enim ue
nit et pergit ad tenebras et oblitione tenebitur nomen eius
non uidit solem nec cognouit distinctam boni et mali. quod
etiam si duobus milibus annis uixerit et sibi fuerit prosperum
bonis nunquid ad unum locum festinant omnia. Omnis la
bor hominis ore eius. anima eius non replebitur. Et quid habet
plus stultus sapiens. et quid pauper nouit ambulare coram
uiuentibus. Melius est uidere quam desiderare
quod nescitis. Sed et hoc uanitas est et pastus spiritus. Quod
fuerit et ante hoc iam uocatum est nomen eius et scitum est quod homo sit. et non
possit iudicio contendere cum eo qui fortior est se. Verba et
plurima multiplicantur uanitatem habentia.

VII

Quid nunc homo et maiora se quere
cum ignorat quid ad eum sit in uita sua. nullo die.
per umbram transit. Aut quis
ei potest indicare quid post eum futurum sub sole sit. Melius est
bonum nomen quam pretiosa unguenta. et dies mortis di
e natiuitatis. Melius est ire ad domum luctus quam ad domum
conuiuii. In illa enim finis cuncti admonet homines et
uiuentes cogitant quod futurum sit. Melior est ira risu quia per
tristitiam uultus corrigitur animus delinquentis. Cor sapi
entium ubi est tristitia et cor stultorum ubi est letitia. Melius
est a sapiente corripi quam stultorum adulatione de
cipi. Sicut enim sonitus spinarum ardentium sic risus
stulti. Sed et hoc uanitas. Calumpnia conturbat sapientem
et perdit robur cordis eius. Melior est finis orationis
quam principium. Melior est patiens arrogantia. Ne sis
uelox animo ad irascendum. quia ira in sinu stulti requiescit. Ne
dicas. Quid putas factum est quod prora temporum melior fuerit
quam nunc sunt. Stulte enim hoc modo interrogas. Sabior